



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De pluuiis: & quòd à terra in cœlum aquæ subuehantur. cap. xcii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A *Ut ipsorum consilia in apertum prodeat. Nam qui, ut humanum fauorem emereantur, ad honestam & cum virtute coniunctam vitam se conferunt, hi scilicet sunt, qui in peccata prolapsi sunt. Qui autē pio animo vita genus omnibus virtutibus absolutum recte profiteri cupiunt, nunquam à Deo deseruntur, quemadmodū dixit Propheta, Iunior fui, etenim se-* *Psal. 36.*  
*num est merces eorum, & spes eorum apud Altissimum. Enimverò multi monachi erro-* *Sap. 5.*  
*re lapsi, ad inuendum matrimonium se conuerterunt, dum dictum illud Apostoli male*  
*accipiunt, Quòd si se non continent, nubāt. Neque hoc intelligūt, quòd post pacta cum Deo* *1. Cor. 7.*  
*sancita, non iam matrimonium, sed fornicatio dicitur. Vnusquisque igitur, cum corpo-* *Celibatio*  
*ris necessitates perferre potest, tum denique sanctioris vitæ iugum subeat: atque ita ad* *Deo pro-*  
*infernī subterranea minime ruet.* *missum fr-*  
*fringere*  
*non licet.*

De filio sapiente. CAP. XC.

**F**ILIVS sapiens lætificat patrem: filius prudens oblectat matrem *Pro. 10.*  
 suam. Saluatus est ab æstu filius prudens. Filius castigatus sa-  
 piens erit. Filius iustus gignitur ad vitam. Latetur pater & ma-  
 ter in te: & gaudeat quæ peperit te. Viri amantis sapientiam dele-  
 ctatur pater. Fili, si sapiens fueris, tibi ipsi sapiens eris & proximo.  
 Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto. *Eccl. 4.*  
 Filiorum virtus gloria patrum.

De filio stulto & improbo atque inepto. CAP. XCI.

**F**ILIO doloso nihil erit boni. Filius stultus mœstitia est matri suæ. *Pro. 14.*  
 Velut à vento corrumpitur in messe filius flagitiosus. Non de-  
 lectatur pater in filio imperito. Filius stultus subannat matrem  
 suam. Filius oberrans pudore afficit matrem suam. Filius inobe-  
 diens in perditione erit. Ira patri est filius stultus, & dolor matri suæ. Malus  
 filius maledicit patri: & matri non bene dicit. Filius malus iustum se esse cen-  
 set. Filius malus sublimes oculos habet: & palpebris suis extollitur. Confu-  
 sio patris in filio inepto. Filiorum peccatorum peribit hæreditas: & cum se-  
 mine eorum permanent mala.

De pluuia: & quòd à terra in cælum aquæ subuehantur.

CAP. XCII.

**V**I dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. *Iob. 5.*  
 Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in *Psal. 134.*  
 mari & in omnibus abyssis, &c.  
 E Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Domi- *Amos. 5.*  
 nus omnipotens nomen eius.

De sanitate: & quòd omnia antecellat. CAP. XCIII.

**M**ELIOR est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & *Eccl. 30.*  
 flagellatus malitia.  
 Sanitas & commoda valetudo quæuis auro præstantior est: satiusque est cor- *Basil.*  
 pore firmo ac valenti esse, quàm immensas opes habere.  
 Iucundior est sanitas aduersa valetudine degustata. *Commune donum est sanitas.* *Greg. Nyss.*